Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26139
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Vulsa aulla. nullus enim urbanitatis est. Versipellis eo quod indu
uersa uultum & mentem uertat. unde uersutus & callidus.
Ymolentum quum infert. uecors mali cordis y male conscientie.
Yagus quasi sine uia. uanum auenere ethimologia trahit. Item uanum
inanis. falsus eo quod sine memoria euanescat. Yesanus non ppe
sanus. Ymolentum. qui y satis bibit & difficile inebriatur. Vexatum
idem portat ab eo quod est ueho. uecto. uexo. ut uexasse sit y portas
se. Yeneficus eo quod uenenum mortis causa parauit. aut pstitit
aut uendidit. Vector quasi uehitor. Est autem uector. & qui
uehit y quem uehit. Venator quasi uenabulator a uenabulo scilicet
quod bestias pmit. Quatuor autem sunt uenatorum officia. uestigatoris.
indagatoris. latoris. pssoris. Explicit lib. x. Incipit lib. xi.

De homine y partibus eius.
De etatibus hominis.
De portentis.
De transformatis.
De pecoribus y iumentis.
De bestiis.
De minutis animalibus.
De serpentibus.
De uermibus.
De piscibus.
De auibus.
De minutis uolatibus.

1. NATURA DICTA ab eo quod nasci aliquid faciat.
gignendi enim & faciendi potens est. Hanc quidam dum eam
dixerunt. a quo omnia creata sunt & existunt. Genus a gignendo
dictum. cui deriuatum nomen est natura ex qua omnia gignuntur.
Genim gece tria dicit. Vita dicta propter uigorem. ut quod uim te
neat nascendi atque crescendi. Vnde & arbores uitam habere
dicuntur. quia gignuntur. y crescunt. homo dicitur quia ex humo
est factus. sicut & in genesi dicit. Et creauit dominus hominem de limo
terre. Ab usiue autem pnuntiatur ex utraque substantia totus homo.
.i. ex societate animae y corporis. nam proprie homo ab humo.
Greci autem hominem antropon appellauerunt eo quod sursum